

## TITVLVS LIII

**Hagesilaus**

ant: eum deleant. Quid enim iniquius aut perniciosius: q̄  
simulatione dissimulationeq; proposita: id non obseruare  
qd̄ iētū est foederis: **V**t em̄ qui fidūt illis auspicijs: puri sūt  
atq; dei manibus educati: sic & deū ipsum ultorem habēt  
si fallunt. **G**obrem Hagesilaus cōsultus de foedifrago qd̄  
esset demeritus cū captus foret: respōdisse fert: om̄e cru-  
cis genus: cū id existimaret omniū scelerū impiētissimū:  
& ei ampli⁹ adhiberi fides nequiret qui foedus uiolasset.  
**F**oederis igit̄ sit significati obseruātia sincera & imutabilis  
quæ apud om̄s semp fuit sanctissima: ut si qua fides inter  
eos reperit̄: qui fuerint hostes: hæc sit maxia & certissima  
quæ & homines & deos aduocat testes: & hoīm pariter &  
deorū custodiā uocat: quā sumus nos quidē perpetuā im-  
mutabilēq; seruaturi. **Ex M̄lo. vj. kalēdas Maías.**

¶ **Synonyma iētū foederis significatiua.**

**Vir. vij.  
æne.**

**I**ecimus cū **Tauriscis** foedus.

**P**osita est nobis in mediū & cæsa foedere porca.

**I**niuolabile nobis firmatū est foedus.

**N**ihil minus sumus unq̄ hoc foedere uiolaturi.

**S**it hæc epistola iētū inter nos foederis significatiua.

**C**upimus inter nos iētū foedus cunctis aperiri.

**V**t omnes sciant iētū hoc inter nos foedus: facite.

**F**irmauim⁹ perpetuā pacē publico inter nos iētō foedere.

**E**rimus (ut opinor) in foedere quod iecimus tenendo im-  
mortales.

**I**n obseruādo foedere (qd̄ iecim⁹) æternos fore nos spero.

**Q**ui censent nos ocus a foedere quod iecim⁹ defuturos  
fallent̄ uahementius.

**N**ihil est qd̄ magis appetā q̄ omnib⁹ significari nobis hoc  
iētū fuisse foedus.

**I**n oēs hoc iētū inter nos foedus facite gentes significari.

**E**stote in significādo hoc inter nos iētō foedere cunctis po-  
pulis diligentissimi.

¶ **Titulus. liiij.**

**T**riumphī expositiua familiaris.



## TITVLVS LIIII

In nulla læticia gestiendum inquit **Fabius**. Itaq; nolim gestire forte uideri cuiq; in hoc nouo mei triumphbi festo: ne aut a ueterū institutis censear discordare: aut eorū lætari calamitate: qui sunt in prædam uersi. **At** ut humanissimū illud est: ita quidem inhumanū gloriæ nō esse participem illū: qui longa difficultate summisq; laboribus triumphauit. **Vt** em̄ quisq; fert patienter plurima: ita patientiā non nescit eam esse rerum durissimarū tolerantiam: cui sperat uoluptatē optatorū successurā. Itaq; cū expugnauerimus **Tauriscos**: nec sine nostrorū hominū cæde non uulgaris: tandē uictores: urbe **Taurino** capta: principib<sup>9</sup> urbis uinctis: populo seruato triūphantes huc rediuim<sup>9</sup>. **Ex Mediolano**. v. kalendas **Maias**.

¶ **Triumphbi expositiua familiarissima.**

Cum triumphbo demum ex **Tauriscis** rediuimus quos nō paruis laboribus sine summaq; difficultate superauius. **Sunt** uiri non bellaces multū: at pertinaces nimū: qui uel imbelles ac imperitissimi militandi: cum capiebātur: cædi mallent q̄ cædere. **Superauius** eos in prælio sæpe. **Urbes** aliquot cœpimus: nec a militū furore potuim<sup>9</sup> uolentiā cobibere: ne in prædā uerterent. **Hortati** sæpe sumus: ut cæderent. **Superstitēs** fiebāt assidue ferociores. **Deniq;** tñiuerſis urbibus domitis: ex singulis nobiscum ducimus primates aliquot secutos triumphū. **Ex Mediolano**. iiii. kalendas **Maias**.

¶ **Triumphbi expositiua gratis.**

¶ **Bene** & sancte instituit **Ninus** assyriorū ille rex fortissimus **Semiramidis** uir: ut post uictoriā triumpharet. **Is** em̄ quæ uera uictoria foret: est primus expertus omniū: qui finitimos expugnauit: regnandi cupiditate ductus: supauit duxitq; captiuos. **Sed** eā certe dixit **Herodotus** uictoriā esse debere: ex qua triūphari possit: in q̄ & milites uicti sint & impator: aut rex bello capt<sup>9</sup> & urbes supata: ut captiui possint triūphatē seq; & ex domitis signa referant & prædæ. **Sic Scipiōes** legim<sup>9</sup> triūphasse: sic **Marcellū**: sic **Fabiū**: **Qui** triumpharunt publice romæ



sic Mariū. Munus est autē hoc gloriæ non mediocris: ut qui  
 tot discriminibus in præliando uitam subdidit: tot labori-  
 bus ac angustijs die noctuq; consulendo: regendo: ducen-  
 do subactus est: multifariāq; conuassatus: is tantos post  
 labores hanc laudē: hæc clarissima laudis signa cōsecut⁹:  
 & ipse fiat in tales euētus promptior & cæteros alliciat pa-  
 ratissimos. **S**pes em̄ uictoriæ militem bonū facit: ut inquit  
**H**omerus. At spes triumphi præstare cogit imperatorem  
 quæ in se sunt omnia summa. Recte apud græcos **A**polli-  
 nis **P**hythij iussu statuae triūphantibus aureæ cōstituebā-  
 tur: quæ in eius sitæ templo declarabant eos quorū expri-  
 mebant nomia: debere plurimū apud omnes græcos ho-  
 norari. **I**nde autē apud **R**omanos antiquissima fuit statuaq;  
 ad arcus triūphales (qui sic a triūphatiū statuis dictæ sunt)  
 collocandarū gloria: unde cognosci posset q̄ clari⁹ militiæ  
 suæ munus edicto publico retulisset. **C**obren̄ Iuuenalis sa-  
 tyrus: cum doleret in id calamitatis puentū esse: ut in illas  
 statuas eorū cōuenirent effigies: quibus nulla fuerat glo-  
 ria militaris: in **C**rispinum inquit: Inter quas ausus habere  
 nescio quis titulos ægyptius aut arabarches: cuius ad effi-  
 giem non tantū meiere fas est. **Q**uid em̄ foedius q̄ quibus  
 debent (ut dicit **V**egetius) diuina munera: in eorū coetū  
 cōferre malos: aut imeritos? **A**t ut ad me tādē ueniā: &  
 uobis o proceres mei exprimam rem baud iniucūdā: & si  
 nequiuī esse in patria cum gloria: sum tñ apud exteros cū  
 dignitate: quod uobis uniuersæq; nostræ patriæ non de-  
 bet: nō lætū esse. **N**unc ubi gessissem in **T**auriscos bellū: &  
 annos circiter duos aliquot eorū urbibus obsidendis uer-  
 satus forē: tandē omnia superauī: & quod pauci admodū  
 siue solēt: siue possunt: frænari me in uictoria supra modū  
 ac meorū coercui mentes militum. **Q**ui em̄ qm̄ iādudum  
 nō hī seruassent defatigatiq; mirū cū suis famulis armige-  
 risq; fuissent: amissa iam maxima & equorū & sarcinarum  
 parte: uabemētius irati ac infensi seruabāt insectabaturq;  
**T**auriscos: erat difficile p̄hibere illis in uictoria prædam.

**H**omerus  
**A**pollo phy-  
 thius

**I**uuenalis in  
**C**rispinū

**V**egeti⁹ de  
 re militari.

Sed pre-  
 illatum  
 cantem  
 dem  
 nullip  
 rem  
 puto  
 p̄scribit  
 No mod  
 bonam  
 in loq  
 te sup  
 re cū  
 cato  
 uia  
 coqu  
 quere  
 ois  
 nestan  
 rem uol  
 crep  
 lū ar  
 necip  
 Rem  
 pibus  
 lere  
 cus  
 unde  
 can  
 tus  
 tos  
 ren  
 ingre  
 ta prin  
 repec



Sed prohibui uetuiq; ne quid uiolētiae uel in foeminas sit illatum uel in domos: **P**ræter eos: qui primo impetu dimicantes caesi sunt: nulli deinceps uel caesi sunt: uel minima quidem iniuria laceffiti. **Q**ui quod ex illis ad me sunt adducti non nulli: qui multis in me conuitijs abusi fuerant prius quam uincerem. **A**bitrabant & cæteri omnes: & illi se nihil nisi frustra me pro uita sua precaturos. **C**œperunt apud me flere ueniamque precari: calamitatem suam exprimere: misericordiam implorare. **N**on modo pepercit singulis: sed nequi non collachrymare humanam considerans conditionem: ut quod paulo ante tam acres & in loquendo erant & in agendo: nunc tam demissa & uoce & me te supplicarent: nequitiisque non laudare maximopere caesa **Cæsar** re cum in omni uita: tum ubi fleuit **Pompeij** uiso capite obrutum **Iulius** cato. **N**ec illis assentior qui rem simulasse dicant sed humanam uiuendi gerendarumque rerum legem ac sortem animaduertisse duco: quos in maximis triumphis maxime interdum erumnæ sequerent & opprimerent. **S**ic cogitans plurimos libertate: omnes donauit uita: multis etiam rem omnem quam in militum deuenerat manum: reddi iussi: tantumdem aliunde illis decernens: ne me uolentem esse dicerent. **D**emum pacatis omnibus: puinciamque custodibus deputatis: constitutaque ueteranorum diuersis in urbibus deuictis turba: dies triumpho dictus est quomodo me reciperet rex ille: cuius sum in id belli decretus impator. **R**enui triumpho quantum potui: ne aut gloria uiderer cupidus: aut si cum malebat rex ipse: ducerer eius opinionem uel le refragari. **N**isi rex clarissimus suos oratores: a quibus non seculus honorarer: ac ipse foret si adesset. **D**esignatus est locus **Triumph** unde in urbem ueherer quadrigis equis albis: candida reda: **apparatus** candido indutus uestimeto serico: & corona laurea insignitus: cuius quidem praecederent illi redam quos magno loco natos uel donassem uel donare libertati constituissem: sequerent aut illi uincti quos essem captiuos habiturus. **I**n urbis ingressu carmen rerum a me gestarum cecinit **Pandiocles** poeta principis: qui iure ac merito posset cum ueteribus conuenire: nec cuiquam post **Maronem** atque **Nafonem** cedere. **T**am



## TITVLVS LIII

fuit em̄ & cultum & elaboratum in dūstria illius poema in  
meas profusius laudes: ut nequiuērim non admirari die-  
bus nostris tantū poeta uideri posse. **Nō** multo post ora-  
tor regius in platea orationē mihi pcedēti recitauit: qua  
& nomine regio: & totius provinciae illius dicebant̄ insti-  
tutae gratiae: qui tantā uictoriā illis cōparassem. **Mox** in sa-  
crum deueni: publicaeq; sunt ibi festiuæq; supplicationes  
pro me factae: inde domū meā reuectus cum omniū plau-  
su dimissus sum. **Nolui** hāc uos ciues meos ignorare: quo-  
rum opus sum: cum mea gloria uestra sit. **Ex Mediolano**  
iij. kalendas **Maías**.

### ¶ Synonyma triumphī expositiua.

**Marcus** est triumphū assecutus.

**Post** egregiam uictoriae laudem triumphauit.

**Hoc** sibi deerat laudis: ut triumpho potiret̄ quo nunc est  
insignitus.

**Magna** fuit eius in triumphando gloria.

**Cum** omnia inuictissime hic gesserit: triumpho demū di-  
gnus est effectus.

**Nec** uictoria huic defuit singularis: nec triumphus uicto-  
ria dignus.

**Triumpho** iam illustratus quid maius atq; nobilius in uis-  
ta quærat̄.

**Quod** præmiū summis laboribus uix sunt pauci cōsecu-  
ti: triumphū hic tandē assecutus est.

**Potest** hic demū inter triumphales describi cum iam tri-  
umpharit.

**Eam** est triumphī gloriā sua uirtute nactus: ut cupere de-  
beat nihil maius.

**Triumphauit** hic: quod ei non fortuna: sed innumerabiles  
sui labores præstiterunt.

**Tanto** hic semp̄ & ingenij fuit acumine: & militaris periti-  
tiae studio: ut nūc deniq; triumpharit.

**Gaudendum** est suae patriae: quod tam digne **Marcus** tri-  
umphauit.

Officiū  
 les. in p  
 inque  
 die. dicit  
 inuicti  
 mag. cor  
 eū eēt m  
 sed enre  
 lum. lent  
 tibi adoe  
 p. inope  
 dem de  
 appella  
 pollet p  
 pollet p  
 Ex Med  
 Camer  
 hōbom  
 que. qu  
 lora. g  
 ut cum  
 nolus  
 prædior  
 perent  
 tibi ob  
 summo  
 Ex Med  
 Nisi Virg  
 aret. Qui  
 sine fieren  
 p. ut.